

177  
8  
1704  
76  
2. D. B. V.  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC  
DOMINO,

DN. FRIDERICO AVGVSTO,

PRINCIPE REGIO ET ELECT. SAXON. HEREDE,  
ETC. ETC. ETC.

DISSERTATIONEM PHILOSOPHICAM,  
DE

90.  
DAMNO, EIVSQVE  
AD RESTITVTIO-  
NEM OBLIGATIONE,

LOCVM,

IN AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE

CONCESSVM,

VINDICATVRVS,

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SUBMITTIT

M. JO. GOTHOFR. FORBIGERVS,

AVROBACO-VARISCVS,  
RESPONDENTE

PAVLO SCHMIDIO,

MARTISB. MISNICO.

AD D. V. MAII ANNO MDCCIV.

IN AVDITORIO MAIORI.



VITEMBERGAE,

LITERIS JOANNIS GOTHOFREDI MEYERL.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name "DAMIANO" and other illegible words.

Handwritten scribbles or initials in brown ink, possibly "D.D." and "69".



ev  
no  
fed  
san  
rat  
&  
tra  
lic  
TU  
eff  
cu  
to  
m  
ho  
q  
ca



Prooemium.



E damno ejusque ad restitutionem obligatione dicturis vexatissima sese offert quaestio: Quo demum in loco gravissimum hocce argumentum, quod vel ob solam utilitatem cuivis se facile commendare possit, sit evolvendum? Partes hic quasdam sibi vendicant non solum, qui Leges Civiles exponunt, Icti, sed &, qui in Codicis sacri interpretatione versantur, Theologi. Utinam omnes ea, qua par erat, ratione hoc utilissimum caput exponerent, & futurum crederem, ut plures majori animi tranquillitate gaudere possint; Sed proh dolor! licet hoc loco, quod de suis clarissimus GISBERTUS VOETIUS *Select. Disp. Part. IV. p. 613.* effert, & de nostris asserere, multos hanc doctrinam expresse, in actu, (uti loquuntur) signato & sub hoc titulo non pertractasse: cum tamen ob universalem plerorumque hominum in hoc Iustitiae officio praestando defectum perquam frequenter, exserte & plene eadem inculcari atque applicari deberet. Ejus tamen rei

A 2

qvic-

quicquid sit, id saltem certum exploratum-  
que esse constat, eos, qui, quae de DEO rebus-  
que Divinis sunt cognoscenda, tractant, hanc rem  
ex Lege Divina positiva, eaque scripta explica-  
re, & in quantum ad Casus Conscientiae perti-  
net, cum contra justitiae Sacerdotes de hac  
materia loquantur, prouti ex foro externo In-  
reque Civili evolvenda, atque adeo magnam  
hujus partem absolvere videtur. Sic itaque ni-  
hil plane habebunt, quod circa hoc argumentum  
dicant, rerum Divinarum humanarumque Tra-  
ctatores, Philosophi? Absit, ut hoc asseramus,  
id potius omnibus modis defendentes, si ullum  
aliud, hoc sane de Damno ejusque ad restituti-  
onem obligatione Caput utramque in Philoso-  
phia paginam facere, argumentis & rationibus,  
primario ex ratione petitis, confirmandum. E-  
jus Tractationem ita ingrediemur, ut non pro-  
lixissimam aliquam commentationem in medi-  
um simus allaturi, cum hac ratione actum a-  
gentes oleum & operam perderemus; Eo potius  
diriguntur consilia nostra, ut, quae adhuc ob-  
scuriora videbuntur, illustremus, &, quae non  
ubivis in Compendio habentur, proponamus,  
probatissimos ea in re secuturi Auctores. Pro-  
gressus id ipsum docebit, quem ut DEVS feli-  
cem esse jubeat, pie precamur!

APH. I.



APHOR. I.

*Qui damnum alteri infert, obligatur utique  
ad restitutionem.*

Ευθεσις.

§. I. Poteramus hic in sedem Doctrinae specialiore inquirere; At vero, cum iam inter omnes constet, eandem Philosophiae morali adscribendam, speciatimque de Iustitia Commutativa Capiti, his neglectis ipsam vocabulorum evolutionem suscipiemus, vid. DOMINICUS SOTO *de Iustit. & Iur. Lib. IV. Quaest. VI. Art. I.* Damnus igitur, vel a demendo, vel diminuendo ita dictum, vi vocis nihil aliud est, quam ademptio & quasi diminutio illius, quod nostrum est, sive, ut alii, ad Subjectum patiens respicientibus, placet describere, est amissio bonorum, quae habuimus, fructuumque inde resultantium, detractis expensis. In antecessum vero monendum, nos tantum loqui de tali damno, quod culpa nostra alteri inferatur, & ad quod averendum impediendumve per officium vel contractum vel aliam causam tenebamur, quod, nisi praestiterimus, nos utique ad restitutionem damni, inde orti, quis negaverit obligari? Conferatur, si placet de Derivatione vocis Damni CHRISTIANUS BECMANUS *de Originibus Latinae Linguae.*

§. II. Cum itaque, qui damnus patitur, minus, & qui illud infert, plus accipiat, iustitia praecipit, ut talis inde exorta inaequalitas tollatur, auferendo ab altero id, quod plus habet, & addendo alteri tantum, quantum ipsi deest. Hoc vero per Restitutionem fieri in Aphorismo diximus, cujus nomine

A 3

quid



quid veniat, quaeritur? Quoscumque demum hic con-  
sulas Auctores, omnes docent, eam nihil aliud esse,  
quam iteratam quandam statuitionem seu positi-  
onem, atque adeo vi vocis duo inferre, partim red-  
dere, praebere & exhibere, partim vero rem & per-  
sonam in pristinum statum restituere. Vid. GREGO-  
RII SAYRI *Clavis Regia sacerdotum Casuum Conscien-  
tiae Lib. X. Tract. I. cap. I.* Et, quoniam variae ali-  
as hujus vocabuli significationes adducantur, docen-  
te id ipsum VOETIO *l. c.* nullam tamen eadem nobis  
inferre possunt remoram, cum Duce SOTO, *l. all.*  
*Art. II.* nomen restitutionis stricte accipiamus, quate-  
nus solum in rebus allatis locum habet, talibus nimi-  
rum, quae vel per injuriam surreptae sunt, vel, si  
juste fuerint acceptae, injuste tamen ultra constitu-  
tum tempus retinentur. Ut adeo a restitutione pro-  
be distinguendam esse judicemus & quamcumque  
aliam solutionem, & gratitudinem, & satisfactionem;  
Quae omnia tamen saepius perperam confundi, par-  
timque latius patere ipsa Restitutione, partim vero  
ejus naturam evertere nemo non intelligit. Justitiae  
ergo cum sit, aequalitatem constituere inter datum  
& acceptum, inter damnum & lucrum, haud abs re  
THOMAS II. 2. *Quaest. 62.* Restitutionem definit per  
*actum justitiae, quo aliena res redditur, & damnum illa-  
rum reparatur.*

§. III. Ad hanc vero Restitutionem omnes  
homines obligari dicimus. Cum enim naturalis  
aequitas postulet, ut fraude ac dolo circumventus in  
negotiis, ubi bona fide agendum est, restituatur in  
integrum, profecto non video, quo Jure ullus homo  
se huic legi subducere possit. Ut hac ratione, judice  
R O.





ROSTEUSCHERO, Gedanensium Philosopho & Theologo non incelebri, minime moremur hic quicquam Judaeos, qui, referente SELDENO de *J. N. & G. Lib. VI. cap. IV. p. m. 713 sqq.* nefas fuisse contendunt Israelitae, retinere ut suum, quicquid alter Israelita perdidit, fas tamen fuisse repertori, rem, a Gentili deperditam, plane ut suam detinere. Vid. ejus *Conclusiones Selectae de Restitutione rei alienae, Gedani conscriptae*. Nec propterea immerito aliorum censuram incurrit H. GROTIUS, qui *Lib. II. de J. B. & P. cap. XIV. §. 1.* de Restitutione verba faciens negat, restitutionem ad Regum actus pertinere. Sed, quemadmodum mali corvi malum etiam ovum datur; Ita quoque aliter fieri non potest, quin ex eo, quod erroneum est fundamentique loco substernitur, alius error oriatur. Nondum enim, ut GROTIUS putabat, res evictae veritatis est, dicere: *Restitutionem ex Jure civili venire*, cum contrarium jamdudum docuerint non solum B. OSIANDER & B. ZIEGLERUS in *Notis ad eundem*, sed & nos in subsequenti Aphorismo ostensuri sumus. Neque nos hoc respectu admittimus allatam distinctionem, quia GROTIUS actus Regis, qui regii sunt, separat ab actibus ejusdem privatis. Utraque enim manu admittimus, leges regias seipsis superiores non esse, sufficit, quod Rex legum vigorem, si justus esse voluerit, semper respiciat. Hinc satis erudite JO. CHRISTOPH. BECMANUS in *Not. ad Grotium* monet, eos, qui in libertate naturali vivant, quorsum Reges omnino referendi, utut nemini subjectos, suarum tamen rerum arbitros esse, ita, ut si ab altero in pacto injuste laedantur, ipsi per se restitutionem & supplementum exigere possint; Et, si

Et, si Rex pacto suo inesse aliquod vitium deprehenderit, per seipsum alteri posse declarare, se ex vitioso illo pacto nolle teneri.

S. IV. Duplices ceteroquin fontes seu radices esse, ex quibus quis obligationem Restitutionis contrahat, uno fere ore docetur, *injustam* nimirum *rei acceptionem*, *remque acceptam*, quem quidem posteriorem fontem rectius *modum* vocari posse arbitramur. Priusquam hos fontes expiscamur, monendum, quosdam praeter adductos alios duos adhuc constituere, contractum scilicet & quasi contractum. Vid. FLORENTIUS de COCO *de Iur. & Iust. Tract. I. cap. III. Sect. II.* Quanquam his ipsis contradicere nunquam fuerit animus, praeter necessitatem tamen Entia multiplicare supervacaneum esse putamus. Nam, cum Justitia Commutativa circa *συναλλάγματα* seu contractus versetur, docente id ipsum ARISTOTELE *Lib. V. Ethic. ad Nicom. cap. II.* sub his vero & injusta rei acceptio ipsaque res accepta contineantur, non erat, cur in distinctionibus adducendis, speciebus allatis, & generis mentio fiat. Inqvies: Ad omnes contractus requiritur consensus; Qua ratione ergo poteris ad illos referre talem actum, quo quis altero invito rem accepit? Respondemus hoc loco cum GISBERTO ab ISENDOORN *Ethic. Peripat. Lib. II. Cap. XVII. Quaest. IV.* Philosophi Contractus vocem ita late & improprie usurpant, ut sub illa etiam comprehendant varia, quae obligationes pariunt, quae nascuntur aut ex contractu proprie & striete dicto, aut ex maleficio, aut proprio quodam Jure ex variis causarum figuris. Nobis nunc, relictis aliis distinctionibus, quid injusta acceptio sit, paucis exponendum? Nempe nihil aliud, quam damni-

damni  
conf. I  
Theol. S  
primar  
vis, vel  
resulta  
unde c  
quae ef  
qualis e  
specu t  
per ren  
Domin  
Justitia  
tur LE  
Dubit. V

Cum h  
sed  
men

S.  
mover  
confir  
moribu  
Jctoru  
de prol  
tamen  
contra  
deduce

damnificatio proximi etiam sine ulla laedentis utilitate,  
conf. **IGNATIVS BVRCKHARDTVS** in *7 besibus*  
*Theol. §. LXXII.* Propterea huc referas non solum, quod  
primario huc spectat, furtum, sed etiam damnum quod-  
vis, vel ex seductione, vel ex homicidio, vel adulterio &c.  
resultans. Hanc injustam acceptionem excipit alter fons,  
unde obligatio restitutionis oritur, res nempe accepta,  
quae est ipsa illa res, circa quam acceptio injusta versatur,  
qualis est eqvus, pecunia &c. ratione furti, virginitas re-  
spectu stupri: Ne tamen ita circumscribamus limites, ut  
per rem acceptam tantum ea intelligamus, quae a vero  
Domino ablata sunt, sed simul ista includuntur, quae ex  
Justitia alteri debebantur, & apud nos retinentur, ut loqui-  
tur **LEONARDVS LESSIVS** de *Iust. & Jur. L. II. cap. VII.*  
*Dubit. V. §. 19.*

APHOR. II.

*Cum haec non solum in Jure Naturae & Civili,  
sed & in Divino positivo suum habeat funda-  
mentum.*

*Ενδεσις.*

§. I. Ratione Legum Civilium nemo facile litem  
movere poterit, cum Restitutionem satis superque iisdem  
confirmatam esse his etiam constare putemus, qui vel pri-  
moribus saltem labris easdem degustarunt, ut ita nos, a  
Jctorum foro plane remoti, lavarem laterem, siquidem  
de proluxa earum allegatione laborare vellemus. Neque  
tamen hac ratione quisquam alicujus nos poterit accusare  
contradictionis, cum restitutionem ex Jure etiam Civili  
deducendam esse nunquam §. 3. *Aphorismi praecedentis ne-*

B

gaye-



gaverimus, id saltem in Grotio improbantes, quod eandem  
in Jure Naturae fundatam esse iverit inficias. Contra-  
rium jam a nobis ostendetur: Enimvero res in propatu-  
lo posita est, inesse hominibus naturaliter certa quaedam  
principia & placita, Graecis propterea *ενοια* dicta, in quo-  
rum cognitionem quilibet facile penetrare possit, &, quae  
doceant, quid honestati consonum, quidve cum conscien-  
tiae naturalis dictamine conveniat, conf. ROBERTVS  
SCHARROCKIVS *de Officiis secundum Jus N. cap. II.*  
*p. 133.* Cumque alia magis ad praxin pertineant, alia vero  
minus, primum inter illa locum occupare hoc: Quod  
nemini laesio debeat inferri. Sapientissimus autem  
Creator probe intelligens, naturam hominis maxime  
corruptam ac depravatam esse, ut propterea & huic legi  
facile vis quaedam inferri possit, sepimentum quasi quod-  
dam circa hanc constituit, condendo novam, quod nem-  
pe damnium, si quod datum fuerit, rescirari oporteat. In-  
ter has duas Propositiones tam arctissima est connexio, ut  
sublata negataque posteriori & prior statim sit neganda.  
Egregie huc facit exasciatum illud Excellentissimi DN.  
ROEHRENSEI, Patroni, Praeceptoris ac Hospitis nostri  
pie venerandi, iudicium, quod in *Praelect. Priv. ad KVLPI-  
SIII Colleg. Grotianum, speciatim ad Lib. II. Cap. XVII. thes. I.*  
tulit: *Juris, inquam, naturalis scitum est, ut nemo laedatur,*  
*&, si quod damnium datum fuerit, reparatur: Quod posterius si*  
*abfuerit, vanum est prius. Neque enim citra necessitatem re-*  
*stitutionis a laesione praevisas hominum unquam abstinebit, nec ei,*  
*qui damnium passus est, facile fuerit, animum ad colendum cum*  
*altero tranquillam vitam componere, quamdiu istius reparatio-*  
*nem non obtinuerit. Accedit, quod si ad fundamentum*  
*Juris Naturae inadaequatum respiciamus, Socialitatem*  
nimi-

nimirum  
everte  
tuam  
VIVS  
Art. V.  
pugna  
conclu  
comm  
minu  
potest  
non lic  
ctus, p  
S  
listae  
tum &  
BURC  
ducere  
dens &  
lum im  
ripiente  
tunam  
& in ea  
quibus  
tra san  
runt, j  
fecto, c  
Ostend  
gnare  
tis casu  
atque  
natura

nimirum, omnino pateat, naturam velle, ut, nisi eandem evertendam velimus, Damnum hominibus illatum restituamus. Hinc eodem Jure, quo DN. ZENTGRAVIVS in *Tract. de Origine, Veritate & Obligatione Juris Gent. Art. V. pag. 228.* pro admissione & sanctitate Legatorum pugnat, & nos pro restitutione, naturali Jure praecepta, ita concludere queamus: Sine quo necessarium inter Gentes commercium (imo & non addimus: Sine quocunqve hominum Socialitas facta tecta qve conservari) exerceri non potest, de eo, quin Jure Naturae praecipiat, dubitare non licet. Addatur locus ex CICERONE ibidem adductus, p. 230.

§. II. Quod cum ita sit, non video, qua via Moralitae Pontificii, partim a nobis jam supra allegati, partim & alii defendere possint contrarium. Vel unicum BURCKHARDTUM omnium instar in Scenam producere liceat. Inquit ille *loc. cit. §. CXXXI. Necesitas evidens & maxime urgens, talis scilicet, ex qua grave periculum imminet, & cui aliter subveniri non potest, excusat surripientem a restitutione, etiam tunc, quando ad pingviorem fortunam pervenerit, modo tamen res, in illa necessitate ablata, & in eadem consumpta fuerit.* Haec vero illa ipsa tela sunt quibus jamdudum BURCKHARDTI Antecessores contra saniores Philosophos & Theologos pugnare voluerunt, jamdudum etiam explosa a nostratibus, talia profecto, quae magis elusione, quam restitutione digna sunt. Ostendendum erat eidem, si hanc sententiam propugnare voluisset, utrum concipi possit aliquis necessitatis casus, qui legem Naturae mutabilem reddere possit atque adeo dispensabilem? Jam, cum Restitutio Legis naturalis sit, & simul fundamentum habeat in praecepto

B 2

immu-

immutabili, de non furando, uti mox ostendemus, sane non apparet ratio, cur in extrema necessitate constitutis peculiare privilegium ratione restitutionis concedendum sit. Inq̄ries: Vita est bonum hominis omnium nobilissimum; si ergo hoc in discrimine sit positum, illudque inde eripere possim furtivum rem alienam, eamque non restituendo, nonne ad id faciendum conscientia me obstringit? Resp. negando, cum in re dubia pars tutior semper sit eligenda: Nulla vero lege prohibitum est, fame, modo culpa tua non fiat, vitam ponere, omnino autem furto aliquid alteri subducere neque restituere. In eodem fere luto haeret H. GROTIUS, qui, licet ab illis secessionem facere velit, plurimas addendo limitationes, his ipsis tamen parum proficit, cum, iudice venerando Praeceptore nostro jam citato, obiectum sit in genere illicitorum. Vide, si placet, ejusdem *Praelectiones privat. in PUFENDORF. de O. H. & C. Lib. I. cap. V. §. 23.* Et hunc errorem ortum trahere putamus ex hypothesi Grotiana, qua statuitur, Leges DEI tacitam habere exceptionem summae necessitatis. Leg. ejus *Lib. I. de I. B. & P. cap. IV. §. VII.* & quondam fuisse bonorum omnium communionem, quae in statu necessitatis reviviscat, *L. II. c. II. §. II. §q.*

§. III. Eadem facilitate ostenditur, Restitutionem Juris Divini Positivi esse. Enimvero, poterat hoc loco nobis in antecessum opponi: Quod si Divinum Numen certo tempore hominibus furtum injungat, neque simul restitutionem rerum ablatarum velit, sequatur, illud ipsum nequiquam restitutionem sic praecipere. Antecedens facile ostendes ex loco satis alias trito *Exod. XI, 2.* Sed Theologi subinde ad hunc locum, quid respondendum

dum si  
dentes  
si vasa  
dum.  
ad b. l.  
tionem  
Non fu  
rius, q  
eadem  
Ad Sub  
Art. IV.  
Cum s  
cum h  
distinct  
ta enim  
I. cap. I  
quod S  
phasi u  
remitti  
ANDE  
ipso tar  
rum, q  
tativa,  
περί τ  
tae aet  
papicol  
vocare  
gaverin  
dinatio  
Sed, qu  
Justifica

dum sit, erudite satis docent, ex certis rationibus ostendentes, factum illud, quo Israelitae Ægyptiis Divino jussu vasa aurea abstulerunt, nullo modo furtum esse dicendum. Conf. inprimis B. PRUCKNERUS in *Vindic. Bibl. ad b. l.* Certum itaque exploratumque manet, Restitutionem fundamentum suum habere in Lege divina: Non furtum facies, *Exod. XX. 15*: Aufer enim bona alterius, quocumque demum nomine veniant, neque restitue eadem, apertum sic admiseris peccatum in hanc legem. Ad Subtilitatem illam, quam SOTO *l. c. & subsequ. Quaest. Art. IV. p. 135.* affert, quasi praeceptum restituendi distinctum sit a prohibitione furandi, jam non attendimus, cum haec pro mente nostra explicata, licet terminis distincta sint, in re ipsa tamen convenient: Ad argumenta enim ejus jam dudum respondit SAYRVS *Lib. X. Tract. I. cap. IV.* speciatim §. 9. *Quinto: Quamvis. &c.* Accedit, quod S. Codex officium Restitutionis tanta cum Emphasi urgeat, ut salus ipsa periclitari, peccatumque non remitti dicatur, ablatum nisi restituatur. Conf. B. OSLANDER in *Theol. Casuali Part. VI. cap. V. p. 204.* Ex quo ipso tamen nondum colligere licet errorem Pontificiorum, quasi Restitutio, quemadmodum Justitia commutativa, sit observatu necessaria ad salutem, fundatum in πρώτω eorum ψεύδω, quod bona opera sint meritoria vitae aeternae, vel ex congruo, vel ex condigno, licet papicola quidam hanc nostram sententiam cum SOTO vocare velit haeresin & phrenesin. Id quidem non negaverim, Restitutionem pro conditione quadam, ex ordinatione divina necessario praecedente, haberi posse; Sed, quod bona opera speciatimque Restitutio in opere Justificationis & Salvationis vim causae habeant, utpote

realem influxum praebentes consecutioni vitae aeternae, cum Scripturis repugnet, nostramque fidei analogiam evertat, id est, quod cum Theologis nostris pie defendimus, quibus etiam hujus rei, tanquam a foro nostro alienae, uberiores discussionem relinquimus. Confer. in primis B. CHEMNITIUS in *LL. Theol. Part. III. p. 26.* cum quo jungatur B. BALTHAS. MEISNERI *Antropol. S. Disputat. XXIX. Classe IV. Sc.* Addatur B. OSIANDER *Loc. cit. Part. III. c. I. p. 32.*

APHOR. III.

*Sive illud Damnum intulerit ipsemet immediate, sive mediate per alium.*

ΕΠΙΘΕΙΣ.

§. I. Divisionem hanc nobis offert clarissimus in Romana Ecclesia LESSIUS *loc. cit. cap. XIII.* cujus membrum prius, cum imposterum per plurimos Aphorismos finis exposituri, ipsumque executores agnoscat causam, nihil amplius restat, quam ut dispiciamus de eo: Vtrum & is ad Restitutionem damni teneatur, qui hoc, mediantibus causis aliis, intulit? Hic recurrendum est ad ea, quae in Doctrina Morum de Imputatione proponuntur, ubi, siquidem ad creaturas rationales habeatur respectus, quae damnum quoddam in aliorum bonis perfecerint, laesis nescientibus, cuinam potissimum hoc sit imputandum, facile determinare poterimus quaesitum, modo probe attendamus, quoniam directe & positive, qui vero indirecte & negative ad damnum concurrerint. Vtrumque concursus exhibet tritissimus ille in Scholis Moralistarum versiculus:

Jussio,



Juffio, Confilium, Confenfus, Palpo, Recurfus,  
Participans, Mutus, non Obftans, non Manifefans.  
Prioribus ſex modis directe & poſitive ad damnum concur-  
rimus, reliquis vero indirec̄te & negative. Circa utrum-  
que concurſum plura erant monenda, quae quidem loco  
exceptionum eſſe poſſent; At enimvero promiſſi memo-  
res in hac re explicanda non diu morabimur, B. L. re-  
mittentes ad omnes, qui caput de cauſis hiſce moralibus, ad  
actum aliquem influentibus, egregie explanarunt & ad  
praefentem materiam applicuerunt, inprimis ad illos,  
qui haecenus a nobis ſunt citati.

§. II. Ecquid autem dicendum de creaturis irratio-  
nalibus ſeu brutis animantibus, & quae ab his ratione u-  
ſus parum diſtare videntur, mancipii? Nonne illorum  
Domini, ſi damnum intulerint, tenebuntur ad reſtitutio-  
nem? Ubi negare haud poſſumus, ſi Dominus debitam  
circumſpectionem & curam adhibuerit, hoc tamen non  
obſtante nihilominus damnum per bruta animantia ena-  
tum ſit, ſi ſolum & expreſſum Legis Naturae dictamen  
reſpiciamus, eundem minime ad reſtitutionem teneri  
Vid. GROTIUS *de J. B. & P. Lib. II. cap. XVII. §. XXI.* cum  
brutum conſilio & electione deſtituatur atque adeo da-  
mnum non injuria datum cenſeatur; Quod ſi autem con-  
ſideramus vim Legum civilium, iisdem propter actio-  
nem de Pauperie Dominum ad Damni reparationem  
obligari nemo negaverit, talesque actiones cum natu-  
rali aequitate maxime congruere ſtatuumus, licet ita  
praecise a jure naturali non diſtinentur. Vid. PUFEN-  
DORF. *de J. N. & G. L. II. c. I. §. VI.* Multo magis ergo  
Dominus tenebitur ex iisdem legibus damnum, per  
mancipia datum, reſtituere, cum haec a natura liberam  
agen-

agendi habeant potestatem, determinatam licet alias in rebus, ad rem familiarem spectantibus, & ita obligationi Restitutionis se subducere nequeant. Destituuntur autem eadem omnibus bonis, & cum laesus reparationem damni desideret, Dominus, in eorum corpora potestatem habens, aut debet laedentes tradere, aut, si nolit, pro iisdem satisfacere, nisi his concedere velimus licentiam, omnes pro libidine laedendi. Adstipulari proinde minime possumus LEONARDO LESSIO, fervum J. N. obnoxium Restitutioni manere, neganti *L. c. Lib. II. c. XIX Dubit. XVII.*

APHOR. IV.

*Tenetur ergo & ille, qui alterius animae damnum quodam acceleravit, tantum, quantum fieri potest, restituere.*

Εκθεσις

§. I. Haud inconsulto specialioris hujus rei Transactionis initium capesimus ab animae consideratione, cui, cum post angelos nobilissima inter creaturas sit, merito & hoc loco primum adscripsimus locum. Repetendum vero *ex §. 1. Aph. 1.* est, quod nobis Damnum nihil aliud sit, quam ademptio & quasi diminutio illius, quod nostrum est, ad quod & animam spectare judicamus, cum DEUS eandem nobis tradiderit non ad perdendum, sed custodiendum. Ejus autem duplicia bona dari scimus, alia nimirum naturalia, quae est ingenium, sanum iudicium &c. alia vero supernaturalia, quae sunt auxilia gratiae Divinae. His, qui alterum privaverit, inducendo eum metu & fraude in peccatum, hunc utique non solum vi charitatis, sed et Justitiae, quam

quam h  
tione,  
tur, ne  
expon  
gis ad  
alterun  
stitution  
damnu  
potius  
id falter  
ex solid  
manas  
tionis i  
Summe  
laedens  
veram p  
vindici,

§.  
ratione  
urgere  
dem a  
sit virtu  
fum pr  
leam p  
privatio  
ac si cor  
cap. I. C  
mutilav  
bus hac  
tionem  
plus pr

quam hac ratione laeserat, obligari, ut alter quavis ratione, in Sacris Literis praescripta, ex statu irae ponatur, nemo facile negaverit. Haec, cum ex Scriptura exponenda sint, merito Theologis relinquuntur. Magis ad institutum nostrum spectare videtur illud: An, qui alterum sensu quodam vel usu rationis privavit, ad restitutionem teneatur? Demodo, qua ratione ejusmodi damnum inferri possit, non jam erimus solliciti, cum is potius certo respectu Medicorum filiis sit relinquendus; id saltem monentes, nos quaesiti negativae subscribere, ex solida ratione, quod ad ea, quae excedunt vires humanas, nemo plane obligetur: sensus vero ususque rationis ita profecto comparati sunt, ut ablati non nisi a Summo Numine reddi possint. Hac tamen ratione laedens nondum plane liberatus est a poena, quam, nisi veram poenitentiam egerit, DEO, justissimo malorum vindici, dare tenebitur.

§. II. Siccine vero talium nemo illati sui damni rationem reddere debebit, & propterea laesus nullam urgere restitutionem? Rem ablatam vix ac ne vix quidem a laedente poterit expectare, cum hic tantae non sit virtutis, ut vel sensum alium, vel novum rationis usum producere queat; Attamen id extra dubitationis aleam positum est, a laedente damna temporalia, ex hac privatione emergentia, laeso restituenda esse, non secus, ac si corpus huius laesisset. Conf. *SATRUS loc. cit. Lib. XI. cap. I.* Quemadmodum enim, qui aliquem in corpore mutilavit, ita, ut propter defectum membrorum, quibus haecenus, ut instrumentis, ad vitae suae sustentationem fuerat usus, de alimentis necessariis sibi nec amplius prospicere possit, hujus curam habere, eidemque  
C  
media



media ad vitam sustentandam exhibere debet; Ita non minori obligationi est adstrictus is, qui alium sensu quodam usque rationis privavit, cum his absentibus in illius scientiæ, quam didicerat, exercitio membra non recte applicare possit, vel, si nondum artem aliquam callet, nec in hac rerum facie eandem sibi comparare queat.

APHOR. V.

*Quemadmodum & is, qui corpus alterius violavit, vel ipsi laeso, vel hujus heredibus ad restitutionem damni obligatur.*

ΕΥΘΕΙΣ.

§. I. A bonorum animæ consideratione recta via progredimur ad bona corporis, quorsum docente BURCKHARTO l.c. §. LXXIV. omnia illa spectant, quæ pertinent ad integram physicam hominis constitutionem, quælia sunt ipsa vita physica, membra corporis, ejus item sanitas & integritas membrorum. De singulis, quantum per brevitatem, cui studemus, licitum fuerit, seorsim dispiciemus. Ante omnia vero hoc loco præmitti debet distinctio quædam, ex Jure civili petita, inter homines liberos & mancipia. Horum corpus eoque spectantia si quis violaverit, ipsisque mortem intulerit, tantum abest, ut damnum inde enatum plane sit inestimabile, quin potius per certam pecuniæ summam iis, ad quos spectat, resarciri queat; sed alia plane ratio est hominis liberi, qui, si tale damnum passus fuerit, nullo modo ejus reparationem sperare potest. Est enim illud nullo modo aestimabile, & in illis bonis, quæ supremum locum inter bona humana tenent, nec quicquam est in

est in  
lens, u  
secund  
cipit a

§

tradict  
explica

tis pro

mus cu

XIV. p.

nae pe

qui lae

fendim

memb

sonaliu

non po

rum pe

habet f

nem v

THOM

non fit

comper

SAYR

explora

non fo

etas, fol

lucris, v

vel dur

vel arti

alia res

s.



est in hominum potestate, quod huic censeatur aequivalens, ut ita mihi loquili ceat cum LESSIO *c. 11X. Dub. 1. Et*, secundum Jctorum regulam, liberum corpus nullam recipit aestimationem.

§. II. Exinde tamen nos nondum alicuius contradictionis poteris accusare, quae sit Thesis inter & ejus explicationem. Svarissime enim haec, quae locis citatis proponuntur, inter se conspirant, modo distingvamus cum laudato FLORENTIO de COCQ *Cap. IV. Sect. XIV. p. 101.* inter damna personalia & realia: Illa ipsi personae per injustam laesionem inferuntur; Haec, quae ille, qui laesus est, vel ejus heredes injuste patiuntur. Defendimus itaque hoc, laedentem alterum vel in vita, vel membris corporis &c. non teneri ratione damnorum personalium, cum liberum hominum corpus secundum se non possit aestimari pretio; teneri tamen ratione illorum per Accidens, puta ratione usus, ad quem homo habet strictum perfectumve jus, quod adeo per occisionem vel mutilationem violaretur. Recte ergo judicat THOMAS AQUINAS, quod si id, quod ablatum est, non sit restituibile per aliquod aequale, debeat fieri recompensatio, qualis possibilis sit, *Art. II. ad 1. Conf. SAYRUS Lib. XI. cap. II. §. 10.* Res ceteroquin certa & explorata manet, homicidam vel mutilatorem teneri non solum integras expensas, in curationem laesi factas, solvere, sed & restituere tantum, quantum spes lucri, vel tempore adversae valetudinis, ratione mutilati, vel durante illa & post mortem, respectu occisi, ex officio vel artificio capeffendivalebat. Paucis: Omnia bona realia refarcire debet laedens.

§. III. Sed gravissimas circa hanc rem movent non-

C 2

non-

218



nonnulli controversias: Equidem concedunt, aestimationem lucri, quod ille, qui mutilatus fuerat, per tempus, quo adversa valetudine laborabat, facere poterat, dependere a Viris prudentibus eorumque iudicio; sed in eo nondum conveniunt: Quomodo (1) aestimatio lucri futuri faciendae sit, cum, quamdiu occisus fuisset victurus, plane nesciamus? (2.) Quibusnam imprimis occisi heredibus damnum inferens ad Restitutionem teneatur? Quidam ea sunt protervia, ut prioris quaesiti determinationem facile in se suscipere velint, praesupponentes, plerosque homines ad sexagesimum usque annum vitam ducere, ut adeo tantum lucri restituendum sit, quantum ex artificio officioque facere poterat post mortem, si dictum tempus vivendo attigisset. Hypothesis vero admodum incerta est, & per plurimas instantias reddi potest infirma. Satius itaque fieri puto ab illis, qui aestimationem lucri pariter a prudentiorum iudicio dependere arbitrantur: Hi enim, consideratis probe omnibus circumstantiis, videbunt, quidnam aequitati consentaneum sit, quid vero minus? Vid. LESSIUS *l. c. Lib. II. cap. VII. Dub. XX.* Gravioris momenti quaesitum est posterius, ubi, remoto eo, quod ex Iustitia nemo obligetur aliquid occisi animae restituere, putamus, discrimen habendum esse heredum, cum alii sint, quos occisus ex Iustitia alere tenebatur, quique strictissimo nexu unam quasi cum occiso constituebant personam, quorsum haud abs re referas Uxorem, Prolem item & Parentes; Alios vero occisus tantum ex Pietate Liberalitateve alebat. Illisigitur, quemadmodum occisor ejusque heredes damnum datum, nisi occisus plenarie ante mortem condonavero, resarcire tenetur; sic contra negamus, his, mul-

to mi-  
gari.  
Nec  
qu  
pit.  
S  
supere  
rant ad  
damnu  
rium c  
bium n  
tium p  
tur cor  
Porro:  
adulter  
Ansecu  
ex suste  
antur?  
vero pr  
tuti non  
potius  
esse, ut  
rius ex  
turae ip  
ordinis  
quae ad  
arctissim  
nem. C

to minus creditoribus, ad damni reparationem obligari.

APHOR. VI.

*Nec minus illud Damnum est restituendum, quod quis vel infama, vel in honore percipit.*

ΕΝΘΕΟΙΣ.

§. I. Inficias ire non possumus plurima adhuc superesse, quae circa praecedentem Aphorismum poterant afferri, ad bona corporis spectantia: Quod si enim damnum, quod alteri vel per stuprum, vel per adulterium dari potest, considerationi subjicere velimus, dubium non est, quin plurima, quae ad hoc ipsum negotium pertinere videbantur, occurrant, v. g. Ad quid teneatur corruptor virginis, si non ei promiserit conjugium? Porro: Vtrum adulter teneatur aliquid restituere marito adulterae pro injuria, si partus non sit secutus? Ulterius: An secuto partu adultera obligetur restaurare damna, quae ex sustentatione ejus marito legitimisque heredibus oriuntur? & quae sunt ejus generis quaestiones aliae; At enim vero prolixam hujus rei tractationem ratio praesentis instituti non fert, imprimis, cum etiam intelligamus, eandem potius ad Jctos ex parte spectare, partim ita comparatam esse, ut majori cum jure a Viris, auctoritate gravibus, uberius exponatur. Ad ipsum scopum revertimur, ordine Naturae ipso jubente, ut evolutis iis, quae ad bona superioris ordinis, animae scilicet & corporis, spectabant, ista etiam, quae ad famam honoremque spectant, proponantur, ob arctissimam, quae inter illa cum his intercedit, connexionem. *Quam ob causam, quando PETRVS NAVARRA.*

C. 3

Cap.

278



*Cap. XIX. n. 47.* contra SOTUM ordinem hunc ostendere vult: *Quatuor*, inquit, *sunt honorum ordines videlicet, animae, corporis, famae (cui annexus honor) & pecuniae.*

§. II. Antequam ulterius provehamur, docendum, quid fama, quidve honor sit, & quodnam discrimen inter haec duo intercedat? Fama, in bonam partem accepta, prouti infamiae contradistinguitur, est bonum externum, quod ob mediocrem virtutem seu vitae dignitatem & immunitatem scelerum a bonis non adeo certis tribuitur; Honor autem est bonum externum, quod a prudente virtuteque dedito magno cum affectu & reverentia per certa & evidentia signa exhibetur illi, qui excellentis virtutis gradu & meritis in Republica fulget. Et, quoniam non ignoremus, honorem quandoque tam ampla significatione accipi, ut non solum famam, sed & gloriam, dilectionem & venerationem ambitu suo complectatur, quemadmodum id ipsum in PLATONIS *Lib. III. de Legibus* probe observavit WENDELINUS *Phil. Moral. Lib. II. cap. V. Th. I. quaest. I.* Nos tamen haec duo probe h. l. distinguenda esse arbitramur, cum eodem jure, quo FRANCISC. PICCOLOMINEUS *Grad. IIX. cap. XXVI.* Gloriam ab honore discernit, quandam possimus constituere famam inter & honorem differentiam. Eadem se exerit (1) *forma*, quod fama consistat in interna opinione, bene de alterius virtute, sapientia & rebus, praeclare gestis, sentiendo. (2) *etiam gradu*, quandoquidem honor excellentius quid est fama, hanc omnino praesupponens, ARISTOTELI propterea μέγιστον τῶν ἐπὶ τοῖς ἀγαθῶν dictum, *Et hic. ad Nicom. Lib. IV. cap. III.* Conf. SOTUS *l. c. L. V. quaest. IX.*

§. III. Violatur autem vere aliena fama Detractione seu occulta illius & injusta denigratione seu violatione, vid.

vid. TH  
fiat, in e  
detract  
teneari  
illudque  
id ipsum  
commi  
etiam p  
nasci po  
mam si  
Prius ve  
stitutio  
dum, cri  
cumstan  
multo n  
praestiti  
quavis o  
fuisse dic  
Si vero h  
modi op  
mere po  
allatum  
neatur, d  
restituere  
cis expon  
strum au  
stimantu  
cujus ult  
mittimu  
minus bo  
simos ca



vid. THOMAS AQUIN. II. 2. q<sup>vaest.</sup> 73. quae, quot modis fiat, in eo DD. inter se non conveniunt. Sufficit nos scire, detractionem debere esse injustam. Ut adeo ad nullam tenearis Restitutionem, etsi vel maxime alterius crimen illudque notorium eo loco, ubi ignoratur, patefeceris, cum id ipsum plane non pugnet cum Justitia, & qui crimen commisit, Jus ad famam amisisse censendus; Multo minus etiam peccaveris, si crimen alterius, ex quo tertio grave enasci possit damnum, detexeris, vel, qui fictis virtutibus famam sibi comparaverit, in aliorum damnum vergentem. Prius vero, quam accurate determinemus, quomodo restitutio damni, ex famae laesione orti, fieri debeat, monendum, crimen illud aut verum esse, non tamen per alias circumstantias manifestandum, aut falsum, proptereaque multo minus imponendum: Si illud, restitutionem Te praestitisse credas, vel infamatum laudando, vel honorifice quavis occasione data de eo loquendo, vel Te deceptum fuisse dicendo, & quae hujus generis aliae sunt formulae; Si vero hoc, nullum non movebis lapidem, quo falsam ejusmodi opinionem, in hominum animis exortam, suppressere possis. An vero quoad falsum crimen praeter jam allatum famam recuperandi modum etiam infamator teneatur, damnum, ex famae laesione datum, per pecuniam restituere, altioris indaginis res esse videtur, quam ut paucis exponi possit lineolis. Quod si tamen quis ea de re nostrum audire velit judicium, optime rem decidi posse existimamus, accurata subjeutorum laesorum habita ratione, cujus ulteriorem explanationem ad ipsum conflictum remittimus. Id praeterea non negaverim, famam, utpote minus bonum, cum periculo vitae, majoris boni, si paucissimos casus excipias, non esse restituendam.

§. IV.



§. IV. Poterat hoc loco aliquis excipere: Quo jure restitutionem honoris affirmare queam, cum notum sit, nullam ejusdem dari? Equidem id verū est, quod, dum aliquis irratione, illusione & subfannatione laeditur, hic non nisi injurias ratione propriae personae recipiat, quo respectu facile concedimus, laedentem tantum ad satisfactionem obligari, si tales actus deliberate & serio, animoque irritandi & inhonorandi fuerint peracti; At, quid respondebis, considerans damnum, quod ob acceptam injuriam in animis aliorum enascitur? Homines enim plerumque eo solent esse ingenio, ut videntes, hunc vel illum injuria fuisse affectum, judicent, eundem parvi habendum neque propterea dignum, qui honestorum confortio fruatur. Nonne vides, sic per injuriam illatam alteri enasci damnum, licet hoc, quo nititur, fundamentum admodum lubricum quandoque sit & plane incertum. Nullum ergo dubium, quin & hoc nomine ad restitutionem teneatur laedens. Quomodo vero eadem fieri debeat, quaestio est prolixioris explicationis, quam tamen nervose satis eleganterque expressit BURCKHARDTUS §. CXXXII. *Modus, inquit, restituendi honorem, ille requiritur & sufficit, qui secundum gravitatem injuriae, qualitatem personarum, consuetudinem locorum aliasque circumstantias prudentis judicio reputatur sufficiens ad reparandum honorem apud alios laesum.* Quae uberiorius juxta ductum ejus exponere instituti ratio non patitur; Id saltem adhuc adjicimus, quod si ob injurias receptas satisfactio urgeatur, eadem per judicem sit determinanda.

APHOR. VII.

*Bona tandem fortunae qui abstulerit alteri, ob-*  
*da-*

*damnum inde proveniens laeso ad restitutionem obligatur.*

Ευθεσις.

§. I. Intelligimus per bona fortunae omnes facultates temporales, extrinsecas, corporales, mobiles & immobiles, quocunqve demum istae veniant nomine. Non igitur curamus illum generaliore bonorum fortunae significatum, quo SAYRVS *Lib. IX. cap. III.* praeter res corporales exteriores etiam famam & honorem ad eadem refert, cum quo etiam B. OSIANDRUM facere patet ex ejus *Theol. Casual. Part. III. cap. 1. p. 33.* Quamquam enim tantis Viris contradicere nullo modo velimus, probe intelligentes, ejusmodi acceptionem probatissimis Scriptoribus, ipsiqve CICERONI admodum solennem esse; Attamen, cum jam praecedente Aphorismo de fama & honore egerimus, praeceuntibus non contemnendis Auctoribus aliis, hic novam de his bonis tractationem instituere supervacaneum esse arbitramur. Fortunam autem non immerito, Duce KROMAYERO in *Theol. Posit. Polem. p. 346.* distingvere possumus in Gentilium & Christianam fortunam: Illius nomine quid veniat, dudum explicatum dedit clarissimus GERARDUS IOANNES VOSSIUS in eruditissimo libro de *Theologia Gentili & Physiologia Christiana Lib. II. cap. XLIII.* Nos vero ita accipimus fortunae terminum, in quantum involvit ordinem & seriem causarum, a divino consilio pendentem, cujus effectum huc inprimis spectare arbitramur.

§. II. Enimvero talia bona ad nos perveniunt vel consentiente vero Domino, vel minus. Per priora ejusmodi bona intelligimus, quae vel mutuo, vel

D

quo-



quolibet civili contractu ad nos perveniunt; Ad posterio-  
ra vero ea referimus bona, quae vel per furtum, vel  
rapinam alteri fuerunt subducta. Inqviēs: Restitutio  
in rebus, injuste ablatis, locum habet; Qvalis ergo Re-  
stitutio dabitur in iis fortunae bonis, quae consentien-  
te eorum Domino atqve ita bono titulo accepimus:  
Responsionis loco ad §. 4. *Aphor.* nostri *I.* provocamus,  
ubi diximus, duplicem fontem esse, unde restitutionis  
obligatio oriatur: Ut ut itaqve, qvi rem alienam bono ti-  
tulo consentienteqve Domino vero habet, ratione acce-  
ptionis rei ad restitutionem non teneatur, tenebitur,  
tamen ratione rei acceptae. Ponamus casum: Com-  
misit quis fidei Tuae aliquam rem usqve ad solemnia Festi  
Joannis, tu, reddens illi eandem constituto tempore,  
ejusmodi actu non restitutionem proprie sic dictam  
praestas, sed simplicem solutionem mutui; At vero, si  
hanc rem retinueris usqve ad Festum Michaelis, contra-  
dicente Domino, obligaris ad restitutionem ideo, quod  
ultra constitutum tempus rem injuste retinuisti. Spe-  
ctat huc omnino quaestio: An depositarius, qvi rem  
alienam servat, ad restitutionem teneatur, si durante  
hac possessione eadem perierit? Ad quam non prius  
potest responderi, quam si consideraverimus, an depo-  
sitarius Possessor bonae fidei manserit, nec ne? si prius,  
tantum abest, ut ille ad restitutionem obligetur, ut po-  
tius damnum in verum possessorem redundet; Si autem  
posterius, sicqve res depositarii culpa perierit, tunc ta-  
lem utiqve ad restitutionem teneri putamus, quae ube-  
rius exposuit GREGORIUS SAYRUS *l. c. Tract. III.*  
*cap. I. §. 19.*

§. III. Tantum de eo, qvi alienam rem possedit,  
Domino consentiente; Quid vero dicendum de his, qvi in-  
vito

vito I  
differ  
bent,  
per f  
haben  
dem,  
runt,  
gitim  
Qvod  
modo  
Notun  
tution  
uti cir  
psum  
qvin t  
vincib  
restitu  
rum p  
quaere  
torine  
bitatio  
gume  
pro pa  
mus il  
iam te  
mus e  
re, me  
tem, il  
sum al  
curren  
geram  
non at

vito Domino res alienas possident; Et hi sunt in triplici  
differentia: Alii enim rem alienam jure emptionis ha-  
bent, nescientes, quod Venditor eandem vero Domino  
per furtum abstulerit; Alii rem alienam jure emptionis  
habent, probe scientes, eam furto esse subductam; Alii tan-  
dem, qui ne quidem jure emptionis alienam rem accepe-  
runt, sed scientes & volentes eandem injusta invasione le-  
gitimo possessori subtraxerunt. De singulis seorsim.  
Quod primi generis homines concernit, tenendum, nullo  
modo eosdem aliquam debere praestare restitutionem:  
Notum enim est, quod, quemadmodum ingenere a resti-  
tutione excusat partim impossibilitas, partim ignorantia,  
uti circa hoc negotium probe observandum, docente id i-  
psum SOTO, *Quaest. VI. Art. III.* Ita nullum est dubium,  
quin talis, ex hypothesi in ignorantia involuntaria & in-  
vincibili constitutus, plane sit excipiendus ab obligatione  
restitutionis. Remota ergo hac ignorantia vi opposito-  
rum ponenda ejusmodi ad restitutionem obligatio. Sed  
quaeres: Cuinam tunc res ablata est restituenda? Vendi-  
torine, an vero legitimo Domino? Controversia sane du-  
bitationum plenissima est, & prostant ab utraqve parte ar-  
gumenta non prorsus contemnenda. Quo minus autem  
pro partibus veri Domini stare possumus, svadet tenerri-  
mus ille amor, quo nobismet sumus devincti, vi cujus et-  
iam teneor, illud, quod ad me spectat, recuperare. Pona-  
mus ergo, me ex argumentis plus quam apodicticis vide-  
re, me rem, a fure empram, legitimo Domino restituen-  
tem, illo, quod pro hac dedi, pretio privari, sane non pos-  
sum aliter, quin & hoc casu, duabus naturae Legibus con-  
currentibus, quibus simul non fieri possit satis, illi morem  
geram, quae inter illas primas partes tenere videtur. Plura  
non afferimus, cum sciamus, hanc rem uberius explicatam,

D 2

argu-



argumentisqve aduersariorum responsum esse a clarissimo de COCQ, l. c. cap. VII. Sect. 1. Talem ceteroquin ad restitutionem fructuum, ex re, quam bona fide acceperat, perceptorum, Domino non teneri arbitramur, licet ea in re contradicentem habeamus cum aliis PUFENDORFIIUM loco, mox a nobis allegando.

§. IV. De secundi generis possessoribus facillimo negotio Tuum nunc ferre poteris iudicium: Cum enim talis vel ipso contractu malam perficiat actionem, oppido patet, eundem & vel solo hoc nomine ad restitutionem teneri; Multo magis ergo sibi contrahet obligationem restitutionis, cum uterqve ejus fons supra adductus ad eandem perducant, & nihil aliud sit, quam nova & injusta rei alienae ablatio. Ad nullam ergo restitutionem obligatur verus Dominus, si, ubi rem suam invenerit, iterum auferat. Conf. PUFENDORFF. de J. N. & G. Lib. IV. cap. XIII. §. 13.

§. V. Restat ultimum hominum genus, eorum nempe, qui scientes & volentes rem alienam injusta invasione legitimo possessori subtraxerunt, quo de pauca tantum jam a nobis erunt proferenda. Perficitur haec actio duplici ratione & via, furto partim, partim etiam rapina, propter quam furem malaeque fidei possessorem ad restitutionem obligari vel solus Dissertationis nostrae *Aphorismus I.* evincere potest, cum, quod de genere valet, id etiam locum habere debeat in specie. De eo vero inter Moralistas quaestio est: Qvae fructus, quos ex re aliena malae fidei possessor perceperat, debeat restituere? Quod fructus huic sint refarciendi, nulla indiget probatione, cum naturaliter, ad quem res spectat, ad eum etiam fructus pertineant. In genere duplicis alias generis hi constituuntur: Naturales, quos natu-

natura  
plurim  
ptos &  
Et qva  
industri  
dem est  
est pete  
di mixt  
lae fide  
adeoqve  
Dominu  
renda,  
restitu  
debet re  
lum ap

Qvae  
pro  
end

§.  
qvae al  
quis in  
ficiens,  
nam ea  
citati ex  
ctare; s  
per cha  
licitum

natura sua sponte producit; & industriales, in quibus plurimum versatur humana industria, quos in perceptos & percipiendos subdistingvi inter omnes constat. Et quoniam plures occurrant, ubi & natura & humana industria concurrat, ab illo tamen Subiecto, quod in iisdem efficiendis primario concurrat, semper appellatio est petenda; Si pari virtute influant, fructus erant dicendi mixti. Quae si applicare velimus ad possessorem malae fidei, putamus, eundem ad omnes teneri fructus, adeoque etiam ad illos, quos licet non perceperit, ipse Dominus tamen mediante opera, in rem suam conferenda, si habuisset, percipere potuisset, cum tantum sit restituendum, quantum est ablatum. Eodem ergo jure debet rem furtivam, si perierit, restituere, nisi parile malum apud justum possessorem fuisset timendum.

APHOR. IIX.

*Quae igitur per subtile furtum, ludum scilicet prohibitum, alteri auferuntur, etiam restituenda esse arbitramur.*

ΕΠΙΘΕΙΣ.

§. I. Haud inconsulto a nobis neglecta sunt ea, quae alii in hoc capite proponunt de re aliena, quam quis invenerit & ita per occupationem acceperit, nesciens, quisnam verus ejus sit possessor, quaerentes, cui nam eadem sit restituenda? Pontificii haecenus a nobis citati existimant, ad pauperes talem rem inventam spectare; sed cum in praesenti non dispiciamus de eo, quid per charitatem effectu opus, sed quid per justitiam licitum sit; merito ab his secessionem facientes cum

PUFENDORFFIO sentimus, naturaliter ad ipsum bonae fidei possessorem pertinere, licet non negandum, posse in aliqua civitate lege quadam civili praecipui, ut ejusmodi res pauperibus conferatur, *l. c. §. 15.* Ratio vero, cur non ex professo hanc rem exposuerimus, haec est, quia, proprie loquendo, nulla plane eo in casu occurrat restitutio. Ea enim tantum possunt restitui, quae nullam involvunt impossibilitatem. Pone ergo, Te per casum datum Dominum inventae rei nescire, quomodo poteris eidem hanc restituere; & si pauperibus eandem dederis, non restitutionis, sed donationis actionem perages.

§. II. Majori jure coronidis loco hic agimus de ludo prohibito, quem citra omnem injuriam ad furtum retulimus. Equidem id a nobis plane est alienum, ut omnes in universum ludos ex genere humano exclusos esse velimus, id potius affirmantes, quosdam ludos in recreationem animi a natura benevole concessos esse; Eos saltem impugnamus, qui cum Injustitia sunt conjuncti, proximo ruinam pariunt, rebusque constantibus sunt prohibiti. Equidem dantur eorum non pauci, qui nullum ludum naturaliter prohibitum esse arbitrantur, existimantes, si quorundam prohibitio datur, eandem tantum legibus, in Republica bene constituta florentibus, tribuendam esse; His ipsis vero jamdudum respondit B. OSLANDER *Theol. Casual. Part. II. p. 1400. sq.*

§. III. Ne tamen omnem plane omnium aleatorum iram odiumque adversus nos concitemus, hos ludos prohibitos non absolute retulimus ad furtum, sed tantum ad furtum subtile. His ipsis ego quidem facile con-

conce  
ficit e  
tuere,  
latio,  
ducere  
GRO  
vocabi  
fionem  
trasse  
ria. C  
eo ing  
furtum  
mo W  
injuria  
& faci  
*ral. Lib*  
autem  
esse, n  
quid a  
ti defi  
quand  
enae (?  
les lud  
tum.  
prius.  
fraude  
nae m  
s.  
parta  
Equid  
rum b



concefferim, se non intendere, furtum peragere; Sufficit eisdem cum aliis talem actionem eamque ita infuturare, ut tandem non possit non rei alienae injusta ablatio, subsequi. Videor mihi eodem jure hoc loco adducere posse, quae de *ἀπορρογία* subtili GUILIELMUS GROTIUS de Principiis I. N. c. XI. §. 8. profert verba, vocabulis tantum quadantenus immutatis: Qui occasionem aut causam furto praebet, ille & furtum perpetrasse videtur. Inquit: Volenti non fieri potest injuria. Quod si ergo alter a me petierit, ut ludum cum eo ingrediar, non video, quomodo peccatum & inspecie furtum possim committere? Respondemus cum clarissimo WENDELINO, posse omnino volenti fieri injuriam, si velit unus, quod velle per leges non licet, & faciat alter, quod facere per leges non licet, *Phil. Moral. Lib. I. cap. XXIIIX, Thef. II. quaest. I.* Ex antecedentibus autem cum pateat, nobis de ludis prohibitis sermonem esse, nec cognitu difficile est, sic fieri injuriam. Ne quid adjiciamus de eo, quod nimirum haud inepte Furti definitio ejusmodi prohibitis ludis applicari possit, quandoquidem & hic occurrit (1) acceptatio (2) rei alienae (3) invito Domino. Nec est, ut quis excipiat: Tales ludi fiunt consentiente altero. Ergo non sunt furtum. Ad quam exceptionem respondentes negamus prius. Loquimur enim de ludis prohibitis, in quibus fraudes victoribus instar legum sunt, quibus nemo sanae mentis homo suum praebabit consensum.

s. IV. An vero bona, ejusmodi ludo prohibito parta, sint restituenda, non citra rationem quaeritur? Equidem neminem facile reperias, qui negaverit horum bonorum restitutionem; In eo saltem non con-

veni-

10999.  
veniunt. An talia reparare per conscientiam & ante  
Iudicis sententiam debeamus? LESSIUS, & qui eum se-  
quuntur, negativae favent, l.c. Lib. II. c. XXVI. Dub. III.  
Nos vero his relictis affirmativam defendimus, sequen-  
tibus moti rationibus. (1) quia, qui ex talibus ludis pro-  
hibitis lucratur aliquid, hoc lucratur cum damno, per  
*Aphor. I.* Dissertationis nostrae restituendo. (2) quia res-  
titutio suum & in Lege Naturali & Divino positivo ha-  
bet fundamentum per *Aphor. II.* & propterea non opus,  
ut ad restitutionem boni, per ludum prohibitum allati,  
Judicis legumque civilium determinatio accedat.

§.V. Nunc erat deveniendum ad eos, qui ad damnum &  
in specie ad furtum cooperantur; Verum enim vero  
cum id ipsum ex parte jam supra la nobis *Aph. III.* prae-  
stitum sit, tempus etiam non patiat, pluribus eidem rei  
inhaerere, dabis veniam, B.L. si jam filum abrumpamus.  
Sunt omnino multo plura, quam quae a nobis sunt in  
medium producta; Sed nolumus post Homerum Iliada  
scribere, nos partes implevisse promissisque stetisse exi-  
stimantes per ea, quae Tecum communicavimus. Tu  
interea nobis ulterius fave, & si quid vel minus  
recte, vel admodum leviter dictum fuerit, be-  
nevolentia & humanitate Tua corrige.

SOLI DEO GLORIA!




ULB Halle  
006 779 824

3



1078





8  
1704  
1/2

Q. D. B. F.  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC  
DOMINO,

DN. FRIDERICO AVGVSTO,

PRINCIPE REGIO ET ELECT. SAXON. HEREDE,  
ETC. ETC. ETC.

DISSERTATIONEM PHILOSOPHICAM,  
DE



D. QVE  
IO.

E,

ADINE

II

GERVS,



ERI.

1078

